

## L I B E R

prædictæ conueniunt atq; concordant, nō erit inconueniens afferere motū  
hunc super axe & polis eclipticæ fieri, quod est propositum.

### PROPOSITIO III.

Quantitatem motus stellarum fixarum secundum successio-  
nem signorū ex mutatione declinationum suarum affirmare.

¶ Id facilius depræhenditur ex stellis iuxta puncta æqualitatis, quod illuc  
declinatio plurimum variatur. Abrachis inuenit medium pleiadum in de-  
clinacione septentrionali 15. gr. & sexta. Ptolemaeus uero 16. gr. & quarta.  
Variatio itaq; declinationis huius fuit in 265. annis & sexta unius & medie-  
tate sextæ. Sed illud est ferè æquale qua declinationis duorū graduū & ter-  
tiarū duarū eclipticæ circa finē arietis differunt. Alhaioth tēpore Abrachis  
declinata fuit 40. gr. & duabus quintis ad septentrionē. Sed tēpore Ptole-  
mæi 41. gra. & quinta unius. Facta igitur fuit in 265. annis declinatio u-  
nius gradus & quatuor quintarum. Sed huic differentiæ declinationū cir-  
ca medietatem Tauri in ecliptica respondent 2. gr. & 2. tertiae. Humerus si-  
nister Orionis tempore Abrachis declinavit ad septentrionem gr. 1. & 4.  
quintis. Tempore Ptolemæi gr. 2. & medietate. Facta est igitur septentrion-  
alior quasi in duobus tertijs gradus. Huic autem differentiæ declinationū  
circa finem Tauri respondent ferè 2. gr. & 2. tertia, unius eclipticæ. Simili-  
ter de stellis in alia medietate sphæræ compertum. Abrachis reperit decli-  
nationem stellæ, quæ Azimech seu spica dicitur ad septentrionem tribus  
quintis partis unius. Ptolemaeus uero ad meridiem medietate partis. Facta  
igitur fuit meridionalior in parte una & decima unius. Huic uero differen-  
tiæ declinationis in fine virginis respondent de ecliptica 2. gra. & 2. tertia  
unius. Stellam in extremitate Virgine majoris caudæ reperit Abrachis decli-  
nari ad septentrionem 50. gr. medietate & quarta unius. Ptolemaeus 59. gr.  
& 2. tertij. Facta igitur est meridionalior parte una, & duodecima unius.  
Huic autem differentiæ declinationis in principio libræ respondent de eclyp-  
tica duo gradus, & duæ tertiae unius. Alramech tēpore Abrachis habuit de-  
clinacionem 31. gr. sed tempore Ptolemæi 29. gr. medietate & tertia ad se-  
ptentrionem. Facta est igitur meridionalior gr. 1. & sexta. Huic autem diffe-  
rentiæ declinationis respondent in principio libræ duo gradus, & duæ ter-  
tiae unius. Ex his itaq; & similibus satis compertum est, quod propter mu-  
tationes stellarum in intervallo temporis inter Abrachim, & Ptolemaeum,  
stellas oportuit motas eis secundū successionem signorum gr. 2 & duabus  
tertij unius, dum uero duo gradus, & duæ tertiae unius per 265. annos di-  
uiditur, fiet ut ferè in 100. annis hic motus gradum attingat.

### PROPOSITIO V.

Quantitatem dicti motus ex considerationibus asseuerare.

¶ Tūnozaris in Alexandria anno 41. revolutionis primæ Kalippi, scilicet anno 465. Nabucho. 29. die mensis Athus, cuius crastinus erat 30. an-  
te mediu[m] noctis quasi tribus horis temporalibus, sed æqualibus tribus ho-  
ris & tertia. Sole existente in septimo gradu Aquarij uidit medietatem Lu-  
næ iam cooperuisse medietatem sequentem pleiadum, fueruntq; dies diffe-  
rentes propinquæ æqualibus & medijs. Ideo secundum radices motus Lu-  
næ præmissas fuit locus Lunæ in 20. minu. primi gradus Tauri, & latitu-  
do eius ab ecliptica septentrionalis 3 gr. 45. mi. Sed locus eius usus fuit in

Alexandria